



Disputatio juridica inauguralis de pactis

<https://hdl.handle.net/1874/343250>

25

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE

PACTIS,

QVAM

PRÄSIDE DEO TER OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS MUNNICKS,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, atque in inclytâ ejusdem Academiâ
Medicinæ Anatomes & Botanices Antecessoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicî consensu, & Alma
Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,
Summisque in UTROQUE JURE Honoribus &

Privilegiis ritè consequendis,

Publico examini subjicit

FREDERICUS HAMEL, Ultrajectinus.

Ad diem 24. Septembris, horâ locoq[ue] solitis.



TRAJECTI AD RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, cīc Ioc Lxxxv.

*Nobilissimis, & Generosissimis Viris
Cognatis meis ac Fautoribus.*

Omni honore ac observantia colendis.

D.D. FRANCISCO à BREDEHOF,

Domino in Pylswaerdt, Prætori, Consuli, Senatori Republicæ Hornanæ, Societatis Indiae Orientalis Præfecto, quondam nomine Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ in confessu Ordinum Confœderatarum Provinciarum Belgij Deputato, nec non corundem nomine nuper ad Consilium Status Confœderati Belgii Deputato.

D.D. GERARDO HAMEL,

Curiæ Hollandiæ Advocato.

D.D. HENRICO BOTHENIO,

Reipublicæ Groeninganæ Senatori, ejusdemque Reipublicæ nomine ad Consilium status Confœderati Belgii Deputato, nuper Collegii Architalassici quod est Amstelodami nomine Reipublicæ Groeninganæ Deputato.

D.D.AMILIO COOL,

Exconsuli & ex Senatori Reipublicæ Goudanæ, olim ejusdem Reipublicæ nomine ad Confessum Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ Deputato, Præsidi Assessorum Aggerum-Schilandiaæ,

*Hanc Disputationem Inauguralem ut quaecunque
observantie monumentum extet*

FREDERICUS HAMEL.

AUTHOR.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
PACTIS.

THESSI.

Pactum à pactione dictum l. 1. §. 1. ff.
h.t. eaque verba in jure nostro promis-
cuae sumuntur l. 1. §. 2. ff. h.t. juncta l. 3.
ff. de Pollicitationibus, pactionis & pacti
verbum in genere sumptum. eaque late
patet ac conventio. Pactum definitur à
J. C. hoc modo. *Pactum est* duorum
pluriumve in idem placitum consensus.
Scilicet de re aliqua danda facienda vel
præstanda: Pacti species sunt duæ pactum nudum & contractus
l. 1. §. 2. & 3. & l. 2. ff. h.t. l. 3. ff. de Pollicitationibus l. 7. & 20.
C. h.t. l. 15. ff. de Praescript. verbis l. 3. ff. de usufructu l. 71. ff. pro
socio l. 35. §. 1. C. de inoff. test. l. 20. ff. ad Legem Cornel. de falsis.
Pollicitatio vero cum sit offerentis solius promissum, à pacto
distinguitur quod sit duorum conventio atque consensus l. 1. ff.
h.t. l. 3. de Pollicitat.

DISPUTATIO JURIDICA

I I.

Nudum Pactum (seu pactum in specie sic dictum *I. 27. §. 2. ff. b. t. l. 13. C. b. t.* seu pactum conventum *I. 7. §. 5. & 7. ff. b. t.* seu placitum *I. 21. C. b. t. l. 7. C. de transac.* seu nuda pactio *I. 7. §. 4. ff. b. t.*) definitur; Conventio nudis placiti finibus subsistens, *I. 27. C. locati l. 15. C. famil. Ercise.* pactum vero non dicitur nudum, quasi è contrario aliquod esset vestitum, nullibi enim in jure nostro divisio ista reperitur.

I I I.

Ulterius Pactum vel publicum est vel privatum, Publicum est *quoties Duces Belli jussu summe Majestatis quadam inter se paciscuntur, & hoc spectant scedera induciæ & similia l. 5. ff. b. t.* Privatum est *quod sit à privato de re familiari. d. l. 5. ff. b. t.*

I V.

Præterea pactum legitimum est, vel nec legitimum: Legitimum est quod lege aliqua, Senatus Consulto, Constitutione Principis, edicto Prætoris confirmatum est, ita ut pactum illud actionem pariat vel tollat. nec legitimum contra est, *I. 6. ff. b. t.* Oritur actio ex donatione pacto perfecta *§. 2. Inst. de donat. l. 35. §. ult. C. de donat.* & ex pacto constitutæ pecunia *I. 1. ff. de constit. pecunia. §. 9. Inst. de Att.* & pacto tollitur ipso jure actio injuriarum & furti *I. 17. §. 1. ff. b. t.*

V.

Adhuc aliud pactum expressum est, aliud tacitum. Expressum est, in quo consensus expressus est, verbis literis vel per nuncium significatus *I. 2. ff. b. t.* etiam ad interrogationem alterius, si id animo pacientium non stipulantum sit. *I. 7. §. 12. ff. b. t.* Tacitum pactum est cum convenisse intelligitur *I. 2. l. 4. ff. b. t.*

ff. b. t. l. 4. ff. in quibus causis pignus vel hyp. tacite contrah. ex: gr. tacitum pactum est si creditor debitori chirographum reddiderit, tunc convenisse presumitur, ne creditor à debitore petat l. 2. §. 1. ff. b. t. si vero ex pluribus tabulis seu chirographis ejusdem tenoris creditor unum reddiderit, taciti pacti exceptio reo competit. l. 2. §. 1. & arg. l. 39. ff. b. t. l. 47. ff. de Obl. & Att. etiam inventa & illata in prædium Urbanum tacite pignori sunt obligata l. 4. ff. b. t. l. 4. & 6. ff. in quibus causis pignus vel hyp. tacite contrah. in rusticis prædiis ca tacite pignori non sunt obligata, sed tum demum si expresse convenerit inter colonum & fundi dominum, fructus autem qui ibi nascuntur, tacite pignori sunt obligati ob mercedem locationis l. 4. & 7. ff. in quibus causis pignus vel hyp. tacite contrah. l. 5. C. eodem §. 3. Inst. de interdiselis.

V I.

Denique pacta alia in rem sunt, alia in personam. in rem sunt quoties generaliter paciscor *ne petas*, in personam quoties paciscor *ne à me petas*. Hoc vero pactum personam non egreditur l. 7. §. 8. l. 17. §. 3. l. 25. §. 1. l. 21. pr. ff. b. t. pacta in rem prosunt heredibus & omnibus quos non teneri interest paciscensis l. 40. l. 21. §. ult. l. 17. §. 5. l. ult. ff. b. t. Sed si dubitetur utrum pactum in personam, an in rem sit, in rem potius esse presumitur l. 7. §. 8. ff. b. t. l. 9. ff. de Probat. l. 8. §. 16. ff. quibus modis pignus solu.

V I I.

Causa proxima pactorum est consensus paciscantium l. 1. §. pen. ff. b. t. l. 9. ff. de contrah. emp. remota est tum ius Gentium, tum Civile, tum prætorium quod tales consensum approbat & ad obligandum vult esse firmum l. 1. l. 5. l. 6. & 7. pr. & §. 7. ff. b. t. Unde his cum quibus jus Gentium commune est fides data servanda est l. 1. pr. ff. & l. 21. juncta l. 23. ff. de negotiis gestis. ut hostibus l. ult. ff. de legationibus, barbaris l. 6. in fine ff. de bonis

6 · DISPUTATIO JURIDICA

damnatorum , defectoribus quia hostium numero sunt l. 5. §. 1.
ff. de Capite diminutis , latronibus l. 31. §. 1. ff. depositis.

V III I.

Quidam quia consentire nequint pacisci prohibentur , ut
sunt infantes septennio minores , quia intellectum ita consensum
non habent §. 10. inst. de inutil. stip. nec furiosi , nec mente cap-
ti l. 5. & 40. ff. de R. f. §. 8. Inst. de inutil. stip. l. 1. §. 8. ff. de obl. &
Alt. l. 70. §. 4. ff. de fidei suff. l. 2. C. de contrah. emp. Pupillus ta-
metsi consentire potest , lege prohibetur tamen se sine tutoris
Auctoritate obligare , l. 5. §. 1. ff. de Auct. tut. pr. Inst. eodem , sed
conditionem suam meliorem sine tutoris auctoritate facere po-
test l. 28. ff. b. t. pr. inst. de Auct. tut. si autem sine tutoris au-
toritate fese obligaverit pupillus , obligatur naturaliter l. 21. ff.
ad legem falcidiā l. 1. §. fin. ff. de novat. l. 5. ff. de Auct. tut. l. 3.
pr. ff. Commodati , etiam si locupletior factus non est , l. 25. §. 1.
ff. quando dies legatis cedat l. 127. ff. de yb. obl. l. 95. §. 2. ff. de so-
lutionibus , locupletatus pupillus post rescriptum Divi Pii in id
conveniri potest in quod locupletior factus est , l. 3. §. 4. ff. de
negotii gestis l. 5. ff. de Auct. tut. l. 3. ff. commodati l. 9. junct. l. 10.
ff. de Institutoria Actione.

I X.

Minores inviti curatores non accipiunt præterquam ad litem
§. 2. inst. de Curat. l. 13. §. ult. ff. de tut. & curat datis l. 2. insin ff.
quipetant. tut. l. 43. §. 3. ff. de Procuratoribus l. 7. §. 2. ff. de minori-
bus l. 3. C. de rest. in integrum. Sed si curatores sponte admiserint
bona sua neque alienare neque administrare possunt absque cu-
ratoris consensu l. 1. §. ult. ff. de minoribus l. 3. C. de rest. in inte-
grum , jus vero personam suam obligandi habent , l. 101. ff.
de yb. obl. nam curator præcipue bonis non personæ datur l. 8.
C. de nuptiis unde minor veluti sui juris nuptias contrahere po-
test l. 20. ff. de ritu nuptiarum.

X. Pro-

X.

Prodigi quibus decreto Prætoris (olim id ipsa lege XII. tabularum siebat l. I. ff. de curat. furiosi l. 18. ff. qui testa facere) bonis interdictum est l. I. l. 10. & 15. ff. de Curat. furiosi & aliis, l. 27. ff. de minoribus, conditionem suam meliorem facere possunt sine curatoris consensu diteriorem non æque l. 6. ff. de verb. obl. l. 9. §. 7. ff. de Rebus Creditis l. 3. ff. de novat. Interdictionis formulam, qua usus est Prætor, proponit Paulus in lib. 3. sentent. tit. 4. §. 7. & sic sese habet, quando tua bona paterna avitaque nequitia tua disperdis liberosque adegestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico.

X I.

Alteri pacisci regulariter nemo potest l. 73. §. ult. ff. de R. f. sed si pater pactus sit ne a se neque a filio petatur pacti exceptio prodest filio l. 33. ff. b. t. Cohæredibus autem filii non prodest, nam uni ex hæredibus consuli concessum est l. 33. ff. b. t. l. 10. ff. de Pactis dotalibus, filiifamilias & servi patri & domino possunt pacisci l. 17. §. ult. l. 18. l. 19. ff. b. t. l. 38. §. 17. ff. de verb. obl. Procurator paciscendo exceptionem doli mali domino acquirit. l. 10. §. 2. ff. b. t.

X I I.

Debitoris pactum fidejussori prodest l. 21. §. 5. l. ult. ff. b. t. nisi pactus sit ut a se non peteretur a fidejussore peteretur l. 22. ff. b. t. quod correctum esse videtur per Novellam quartam Cap. i. ex qua fidejussori beneficium ordinis competit quod ei alterius pacto non videtur posse afferri, fidejussoris pactum reo ad exceptionem doli prodest si hoc actum sit ne a reo peteretur l. 25. §. ult. l. 26. ff. b. t.

XIII. Si

8 DISPUTATIO JURIDICA

XIII.

Si Possessor hereditatis pactum inierit cum creditoribus hereditatis, non prodest pactum vero heredi l. 17. §. pen. ff. b. t. graviter obſt. l. 22. ff. de conſtit. pecunia, quamvis haec leges interfere pugnare videantur, attamen eas conciliari posse, non dubito.

XIV.

Pacisci privati de re familiari possunt, sed jus publicum privatorum pactis mutari nequit l. 7. §. 14. l. 27. §. 4. l. 38. & 28. ff. b. t. l. 45. ff. de R. f. porro pacisci licet de rebus licitis & honestis & generaliter J. C. Paulus docet in l. 27. §. 4. ff. b. t. quod pacta quae turpem causam continent non sunt servanda, improbantur itaque pacta ne dolus in deposito praestetur, & quo remittitur Actio delicti futuri non facti l. 27. §. 3. & 4. ff. b. t. improbatum quoque est pactum de succedendo, vel non succedendo interpositum super hereditate viventis l. 61. ff. de verb. obl. l. 4. C. de inut. stip. l. 15. l. 19. & ult. C. b. t. l. 5. C. de pactis conventis tam super dote l. 3. C. de Collat. l. ult. ff. de suis & legitimis hereditibus. observatur tamen tale pactum inter milites l. 19. C. b. t. nec non si de hereditate tertii factum sit, & ille consenserit, & usque ad extreum vitae spiritum in ea voluntate perseveraverit l. ult. C. b. t.

XV.

Nudi pacti vis est, ut jure Naturali seu Gentium ex tali pacto oriatur obligatio quae illo jure sit efficax l. 1. pr. l. 7. pr. l. 5. §. 2. l. 95. §. 4. ff. de ſolutionibus & liberat l. 84. ff. de R. f. l. 26. §. 4. ff. de Pactis dotalibus juncta l. 41. ff. de condic. indebiti, verum haec obligatio non est sufficiens ad producendam jure civili actionem, et si ad excipiendum jure Prætorio sit efficax l. 7. §. 4. ff. b. t. l. 10. l. 21. & 13. C. b. t. si vero pacto nudo de aliqua re praestanda

INAUGURALIS.

præstanda convenerit & pœnalis stipulatio subjecta sit , promis-
for tenetur pactum implere , nisi conveniri velit ex stipulatu
I. 5. C. de contrah. & commir. stip. l. 27. C. b.t. si vero pactum
sit de non petendo & stipulatio pœnalis subjecta sit , petente
creditore in arbitrio rei est , an exceptione uti velit , an ex sti-
pulatione eum convenire , si vero exceptionem elegerit , stipu-
latio accepto ferenda est , si vero pœnalem stipulationem elege-
rit , denegabitur ei pacti exceptio *l. 10. §. 1. ff. de Pactis l. 12. §.*
2. ff. de Pactis dotalibus.

X V I.

Si pacta adjecta sint contractibus bonæfidei in continenti iis
insunt à parte actoris *l. 7. §. 5. ff. b.t. l. 13. C. b.t.* contractibus
vero stricti juris pacta adjecta non insunt à parte actoris , ex-
cipe si stipulationi adjecta sint *l. 4. §. 3. ff. b.t. l. 27. C. codem l.*
11. §. 1. & 40. ff. de Rebus Creditis. ratio est summa affinitas
quam stipulatio cum pactis habet , ita ut sœpe dubitetur , utrum
pactum sit , an stipulatio *l. 7. §. 12. ff. b.t.* pacta adjecta in conti-
nenti inesse intelliguntur , non quod novam actionem pariunt ,
sed quod formant eam ipsam actionem , quæ ex contractu , cui
adjecta sunt , dari solet *l. 7. §. 5. ff. b.t. l. 4. ff. ad legem Commiss.*
l. 79. ff. de contrah. emp. l. 16. ff. de addict. in diem l. 6. §. 1. ff. de
Act. Empti l. 4. ff. ad legem commiss.

X V I I.

Si Pactum ex intervallo adiectum sit contractui bonæfidei ,
non inest ei à parte actoris , nisi sit de substantia seu natura con-
tractus : si vero pactum sit adiectum , quod est extra naturam
contractus seu de ejus adminiculis , non inest contractui bonæ-
fidei nisi à parte rei , contractui stricti juris pactum adiectum
ex intervallo nunquam ei inest , sed ad exceptionem prodest
l. 7. §. 5. & 6. l. 27. §. 3. ff. b.t. l. 72. ff. de contrah. emp. l. 13.
C. b. t.

X V I I I.

Pactus ne peteret, postea convenit ut peteret, prius pactum per posterius eliditur non ipso jure, sed ope replicationis l. 27. §. 2. ff. b. t. Quæritur si prius pactum in rem sit adeoque etiam fidejussori pro sit, an utilitas priori pacto fidejussori parta adimatur ei per posterius pactum? neg. l. ult. ff. aff. l. 27. §. pactus ff. b. t. quamvis hæ leges è diametro sibi obstat videantur tamen de conciliatione earum non est desperandum.

X I X.

Pacti obscuri & ambigui interpretatio contra eum facienda est, in cuius potestate fuit legem apertius dicere, itaque potius contra venditorem & locatorem, quam emptorem & conductorem l. 39. ff. b. t. l. 21. l. 33. ff. de contrah. amp. l. 172. ff. d. R. f.



CO-

COROLLARIA.

I.

*L. 2. C. de rescind. vendit. locum habet
quoque in emptore.*

II.

*Qui credit in refectionem navis non
habet tacitam hypothecam.*

III.

In pignore prestatur culpa levis.

F I N I S.



Nobilissimo ac Praestantissimo

VIRO JUVENI

D.D. FREDERICO
H A M E L,

Cum in illustri hac Academia Ultrajectina
Jurisconsultorum Ordini adscriberetur.



Quorà sacrati dum sulcas naufraga juris
Per legum Syrtes stat tua vecta ratis.
Dum Zephyrus placidis currentem adsibi-
lat° alis

Contingis portus Typhis & ipse tuos.

Tu

Tu Themidis templo , sacros dubiosque recessus
Perspicis , est meritis prona favensque Themis.
Vestraque Cæsareas aperit facundia chartas
Indoctumque orbem mystica jura doces.
Sed quo Muſa ruis ? tua contrahe vela , quid altum
Rursus adis , nescis quid malesana paras.
Littora Diva petas , subducas carbasa Ponto
Dum levis ad vestram sibilat aura ratem.
Sit cecinisse satis , canimus quid carmina vatuum
Nos rude vulgus iners , sit voluisse satis.

A. D. PLOO'S VAN AMSTEL.

J. V. Stud.



A D
Eruditissimum & Politissimum
DOMINUM
FREDERICUM
H A M E L,

Egregiè pro Laureâ disputantem.

 *Oncordes servare viros ratione , su-
prema
Lex erat , & veri norma decusque
Dei.*

*Integer imperium non hic captabat in illum ,
Tutus ab insidiis , quas putat esse procul.
Fronti certa fides. Votum promissa tenebat :
Conscia mens recti , simplicitatis amans.*

*Ast ubi per varias iiverunt secula fraudes,
Ortaque dissidiis seditiosa manus.
Tunc quæsta malis solatia : fœdera pangunt,
Et male compositos Pacta juvare docent.
Pacta quibus redeant, primævi tempora furis,
Et Libertati panditur omnis honos.
Sic Tu deficiens genus erigis, atque resurgent
Pacta, quibus redeat Pax, & amica quies.
Sic Tu restituis Rem, sic violata reformas
Ingenio, & factis Pacta probanda dabis.
Vive diu felix : Patriaque Patrique beatos
Redde dies ; Urbi, Civibus ipsa salus.*

N. N.

Do-

Doctissimo Ornatissimoque
D^o. D^o. F R E D E R I C O
H A M E L,

*Cum Juris utriusque Doctor in alma Tra-
ject. Academia crearetur.*

 Aureola Musæ doctoris cingite
frontem
Qui modo pro rostris jura pe-
rita dabit
Fama decusque fori qui civica jura do-
cebis
Et tenerum poscis tollere nomen humo
Qui nunc de pactis facunda differis arte,
Ingenii ut celebret munera quisque tui
Hinc patet æternæ majestas ardua famæ
Hinc inter doctos laus tibi magna
manet.

L. J. M.

Amico raptim cecinit.